

volentiae praesidium postulare, qui divina inspirante gratia precibus nostris facilem praebuit assensum ac sigilli sui testimonio huic paginae appenso eiusdem nostrae novellae plantationis protectorem fidelem existere se promisit, praesentibus castellanis viris discretis, qui tamen ante foundationem religionis eiusdem sanctae Afrae ecclesiae parrochiales fuerunt, his, videlicet domino Meinhero Misnensi praefecto, Ottone nobili dicto de Suselitz, Rudeghero dicto Quaz, Rudeghero dicto Bork, Heinricho de Warta, Gunthero de Zlowin, Wienando de Herstein, Matheo de Muscuitz et aliis quam pluribus. Acta sunt haec anno dominicae incarnationis M°.CC°.V°. pontificatus nostri anno X° V°. Indictione VIII^a. feliciter Amen.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden. Die drei an Fäden von brauner Seide befestigt gewesenen Siegel sind abhanden gekommen. An einem zweiten von Moder angegriffenen Exemplar (B) fehlen gleichfalls die Siegel.

Ursinus St. Afra S. 105 ff.

No. 148. 1205. 3. März.

B. Dietrich beurkundet die Stiftung des Afraklosters in kürzerer Fassung und mit Abänderung einiger in Bezug auf den bisherigen Besitz der Afrakirche in No. 147 enthaltenen Angaben.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Theodericus dei gratia Misnensis¹⁾ episcopus. Fidelis agricolae officium hoc exposcit, quod agrum sibi a patrefamilias commissum spinis succrescentibus radicitus evulsis ad producendos uberiores fructus fertilior²⁾ reddere laboret, ne simul exortae spinae semen suffocare³⁾ valeant, et ne ipsius agricolae possint ullatenus evacuare labores. Hinc est quod cum simus cultores agri dominici et religionem, quam forte in nobismet ipsis non habemus, in aliis teneamur amplecti, notum esse volumus tam nostri quam futuri temporis fidelibus, quod in ecclesia sanctae Afrae Misnae ante castrum in monte sita, quae ad donationem nostram iure episcopali spectare dinoscitur, pro remedio animae nostrae religionem de novo plantare volentes de consensu capituli nostri statuimus, ut in eadem ecclesia sanctae Afrae canonicorum regularium secundum regulam beati Augustini viventium sit conventus, liberam habens facultatem eligendi sibi praepositum sive de suo sive de alio eiusdem ordinis collegio, qui praepositus cum electus fuerit nobis et post nos futuris episcopis praesentabitur investiendus, et ipsa ecclesia honorem debitum successoribus nostris et matri ecclesiae exhibens in maioribus festivitatibus et in obsequiis fratrum defunctorum seu in receptione principum eo tenebitur iure, quo tenetur ecclesia beati Mauritii in Nuenbore suae matri ecclesiae, et scholae XII. puerorum secularium ibi habeantur⁴⁾. Omnes ergo possessiones quas praefata ecclesia in praesenti possidet, videlicet XI⁵⁾ mansos in villa Sletouuuue⁶⁾, et IX mansos in Storkeuiz⁷⁾, et duodecim mansos in Tsautsiz, et capellam sanctae Mariae in foro cum appendiciis suis⁸⁾, et decimas villarum, quas in praesenti quiete possidet, et quascumque possessiones largitione fidelium in posterum vel cuiuslibet contractus titulo sive aliis quibuscumque modis adipisci potuerit, pontificali auctoritate ei stabiles

1) Misnensis ecclesiae B. 2) fertiliores A. B. 3) effocare B. 4) et scholae — habeantur fehlt B. 5) X B. 6) Sletouue B. 7) Storkeuiz B. 8) et duodecim mansos — appendiciis suis fehlt B.